

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37**

**[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]**

In III nocte natale plurimum martirum: Lesung aus dem Evangelium nach  
Lucas

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

corpus eius est. Nondum enim obtulerat in passione holocaustum suum. Non autem oportebat auferri significantia sacrificia priusquam illud quod significabatur confirmatum esset. Contestatione apostolorum predicantium & fide credentium populorum. Quia uero typice uir iste peccatis languidum genus humanum designat. recte non solum leprosus uerum etiam iuxta euangelium lucę plenius lepra fuisse describitur.

Omnes enim peccauerunt et egent gloria dei illa. scilicet ut extenta manu saluatoris hoc est incarnato dei uerbo humanam contingere naturam aberrantis prisce uarietate mundentur. possintque cum apostolis audire. iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Et quid uultis ab hominibus a populo dei erant castris secreti iam aliquando templo reddi et sacerdoti queant offerri. illi utique cui dicitur.

tues sacerdos in aeternum. Audi entes ab apostolo. templum enim dei sem est quod estis uos. offerantque pro mundatione sua sicut precepit moyses. id est exhibeant corpora sua hostiam uiuentem. sanctam deo placentem.

**I. I. III. HOC EST NAT. PLURIM. MART. SEC. M. LUC. A. M.**

**I**n illo tempore. Dixit ihc discipulis. Cum audieritis pericula et seditiones nolite terri. Oportet primum haec fieri. sed nondum statim finis. et etc.

**OMIT. B. GREG. P. DI. AD. L.**

**Q**uia longius ab urbe digressi sumus. ne ad reuertendum nos tardior hora prepediat. necesse est ut expositionem sci euangelii breuior sermo transcurrat. Dominus ac redemptor noster perituri mundi precurrentia mala denuntiat. ut eo minus perturbent uenientia quo fuerint preserta. minus enim iacula ferunt. quae prouidentur. Et nos tolera.